

CAPUT III.

De Suscipiente Sacramentum.

DUBIUM I.

Quae Dispositio requiratur ad valorem Sacramenti in suscipiente.

78. *Vide quae habentur apud Busenbaum.* — 79. *An solus homo viator sit capax sacramentorum.* — *An soli baptizati valide suscipiant alia sacramenta.* — 80. *Nulla requiritur intentio in pueris et perpetuo amentibus, quod Baptismum, Confirmationem et Ordinem.* — 81. *Quae intentio requiratur in adultis.* *An sufficiat intentio neutralis, an habitualis.* *Quid de dormientibus, ebriis et lapsis in amentiam.* — 82. *An sufficiat intentio interpretativa.*

Qualis intentione requiratur in suscipiente.

78. — « Resp. Ad valorem sacramenti in adultis ratione utentibus intentio percipienda sacramentum interpretativa saltem requiritur et sufficit (excipe Poenitentiam, de qua infra). Ita communiter theologi omnes cum S. Thoma^{a)}; contra Cajetanum, qui putat in suscipiente nullam intentionem requiri, modo contraria non habeat. Ratio responsonis est, quia, sicut adultus non justificatur sine proprio consensu, ita nec per sacramentum initiatum et consecratur Deo sine eodem consensu, si ejus sit capax. — Bonacina¹.

« Dixi: *Adultis, etc.* Quia, cum tantum requirantur conditions juxta subjecti capacitatem, parvuli autem et perpetuamente non sint capaces propriae intentionis, sufficit illis intentio Christi et Ecclesiae^{b)}. — Filiuccius².

« Unde resolves:

« 1º. Parvuli, uti et perpetuo amentes, valide baptizantur, confirmantur, comunicantur, ordinantur. (Quod ultimum nefas esset; priora autem olim permittebantur). — Bonacina³.

« 2º. Aegris ratione jam privatis recte datur Unctio, non tantum si ante petie-

^{a)} *Cajetan.*, in 3^{am} P., qu. 68, art. 7, v. *His excursis.* — ¹ *Disp. 1.*, de *Sacram.*, qu. 6, punct. 2, n. 1 et 8. — ² *Tr. 1.*, cap. 8, num. 130. — ³ *Loc. cit.*, num. 1, v. *Dixi.* Cfr. etiam de *Ordine*, disp. 8, punct. 5, num. 1. — ⁴ *De*

« rint, sed etiam si fuerint catholici neque constet esse in mortali^{c)}. Nam hoc ipso censentur interpretative voluisse et pertinisse quod alii christiani, etiamsi de ea nunquam audierint. — *Cardinalis de Lugo*⁴, etc. communiter.

« 3º. Invalidum est sacramentum: 1º. Quod quis suscipit cum intentione neutrali, habens se negative. 2º. Quod suscipit ficte, id est simulate: non tam quod facte, id est indisposito^{d)}. 3º. Quod per meram vim, animo omnino repugnante, suscipitur. — *Bonacina*⁵.

« 4º. Validum est sacramentum: 1º. Quod qui accipit, vult quod christiani accipiunt, etsi non credit aut non velit sacramentum. 2º. Quod quis per metum coactus suscipit; cum metus non tollat voluntarium. Matrimonium tamen gravi metu, v. gr. injustae mortis, initum, censemur irritum; ut docet *Sanchez*⁶, card. de *Lugo*⁷.

« Et qui ordines gravi metu coactus suscepit, etsi characterem habeat, non tamen tenetur ad continentiam, potest que, secluso scandalo, nubere; ut suo loco dicam». [Vide dicenda de *Sacram. Ordinis*, n. 81].

Sacramentis in genere, disp. 9, num. 122. — ⁵ *Loc. cit.* n. 4, 5 et 7. — ⁶ *De Matrim.*, lib. 4, disp. 12, num. 18; et disp. 14, num. 2. — ⁷ *De Sacramentis in genere*, disp. 9, num. 133.

78. — ^{a)} *S. Thomas*, 3 P., qu. 68, art. 7, requirit intentionem, nec determinat qualis sit sufficiens.

^{b)} Saltem pro *Baptismo* et *Confirmatione*.

^{c)} *Lugo* dicit praesumendam esse voluntate recipiendi Extremam Unctionem, « de omnibus qui signa poenitentiae suo tempore exhibuerunt ». In reliquis plane concordat.

^{d)} *Bonacina*, *loc. cit.*, praetermitit simulare suscipientem.

Solus viator est capax sacramentorum.

Baptismus praerequirit ad validitatem ceterorum.

79. — Ante omnia hic notandum est 1º. Solum hominem viatorem esse capacem sacramentorum; quia solus homo viator capax est primae gratiae aut ejus augmenti. — Ita communiter Suarez et alii, contra Bernal^{a)}. Vide Tournely¹, qui id probat.

Notandum 2º. Susceptionem Baptismi omnino praeexigi ad validam susceptio nem aliorum sacramentorum. Id certum est apud omnes; vide *Lugo*² et *Croix*³. Ratio, quia sacramenta instituta sunt pro sola Ecclesia, et per solum Baptismum fiunt homines de corpore Ecclesiae; ut definitivus Eugenius IV in decreto fidei ad Armenos. — Hinc matrimonium infideli um non est sacramentum, et ideo est dissoluble; ut notant *Sanchez*⁴ et *Croix*⁵ cum communi, ex cap. *Quanto 7, de divorcio*. Vide dicenda de *Matrim.*, n. 956.

80. — Plura autem hic adnotanda circa intentionem requisitam in suscipientibus sacramenta.

In *infantibus* nulla quidem requiritur intentione, cum suppleat in eis intentio Christi vel Ecclesiae: sicut enim sine propria voluntate ipsi peccatum contrixerunt, ita sine voluntate ab illo liberantur. Hoc certum est cum D. Thoma⁶. Et est de fide definitum a Tridentino⁷, ubi dicitur: *Si quis dixerit parvulos, eo quod actum credendi non habent, suscepto Baptismo, inter fideles computandos non esse: ac propterea, cum ad annos discretionis pervenerint, esse rebaptizandos: aut praesiare omitti eorum Baptisma, quam eos non actu proprio credentes baptizari in sola fide Ecclesiae; anathema sit.* — Idem dicendum de *perpetuo amentibus*, ut docet S. Thomas⁸.

Et quod dicitur de *Baptismo*, idem dicendum de sacramento *Confirmationis*; ut *Salmant.*⁹ cum communi doctorum.

¹ *Suar.*, de *Sacr.*, disp. 14, sect. 1, v. *Dico 1.* — ² *Praelect.*, de *Sacr.* i. g., qu. 8, art. 1. — ³ *Disp. 9*, n. 1. — ⁴ *Lib. 6*, part. 1, n. 165. — *Eugen. IV*, decretum ad Armenos, § *Primum omnium*: ap. *Labbe*, tom. 18, col. 547. — ⁵ *De Matrim.*, lib. 2, disp. 8. — ⁶ *Loc. cit.*, n. 165. — ⁷ *3 P.*, qu. 68, art. 9. — ⁸ *Sess. 7*, de *Bapt.*, can. 13. — ⁹ *Loc. cit.*, art. 12, ad 1.

79. — ^{a)} *Bernal*, disp. 18, sect. 1, § 3, n. 21, idem docet ac *Suarez*; sed n. 18, negat in hoc esse tantam certitudinem quae numeros expletat claritatis.

Idem de sacramento *Ordinis*, infantibus (sive perpetuo amentibus) collato; ut recte dicit *Lugo*¹⁰. — Idque hodie certum est ex bulla *Eo quamvis tempore* nostri Summi Pontificis Benedicti XIV, edita 5 Maii 1745. Ubi, postquam in § 20 id declaratur definitum communi suffragio theologorum et canonistarum; deinde praescribitur § 27, quod ipsi infantes ordinati, cum pervenerint ad annos discretionis, non teneantur ad castitatem. Praecipit vero Pontifex, ex concilio Toletano II^{a)}, relato in can. *De iis, dist. 28*, ut in anno decimo octavo detur eis optio, et si voluerint castitatem servare, admittantur ad exercitium *Ordinis*; secus, si noluerint. Et § 40, subdit quod ipsi post ratificationem invalide contrahunt matrimonium, et teneantur ad Officium divinum.

81. — In *adultis* vero certe requiritur intentione suscipiendo sacramentum. Ratio, quia, ut docet D. Thomas¹¹, loquens de *Baptismo*: *Sicut ad hoc quod homo moriatur veteri vitae, requiritur... in habente usum liberi arbitrii voluntas qua eum veteris vitae poeniteat: ita requiritur voluntas qua intendat vitae novitatem.* — Dixit autem Cajetanus¹², in suscipiente *Baptismum* sufficere intentionem neutralem, nempe quod non consentiat neque dissentiat. Sed haec opinio communiter reprobatur a DD., ut a *Lugo*¹³, *Petrocorensi*¹⁴, *Salmant.*¹⁵, et signanter a nostro Summo Pontifice Benedicto XIV in *Instructione de Baptismo*, incipiente *Postremo mense*. Et talis opinio est quidem contra doctrinam expressam D. Thomae, mox supra relatam.

Idem quod de *Baptismo* dicendum est de aliis sacramentis, cum *Lugo* et aliis communiter.

Certum est etiam apud omnes non requiri in suscipiente sacramenta intentione.

Sufficit intentione habitualis.

¹⁰ *Tr. 3*, de *Confirm.*, cap. 3, num. 26. — ¹¹ *De Sacram.* i. g., disp. 9, n. 112. — ¹² *3 P.*, qu. 68, art. 7. — ¹³ *In loc. cit.* D. Thom., v. *His excursis*. — ¹⁴ *Loc. cit.*, n. 117 et seqq. — ¹⁵ *De Sacram.* i. g., cap. 6, qu. 3. — ¹⁶ *Tr. 1*, de *Sacram.* i. g., cap. 8, num. 7. — *Bened. XIV*, *Instruct. Postremo mense*, n. 48. — *Lugo*, *loc. cit.*, num. 115.

80. — ^{a)} *Concil. Tolet. II*, relatum in can. *De iis 5, dist. 28*, loquitur de iis quos parentes officio clericatus a primis annis manipulaverunt, et qui tonsuram et lectoratum

Exceptio.

nem actualem aut virtualem; sed sufficiere habitualem, id est aliquando habitam et non retractatam. — Ita Lugo¹, Wigandt², Petrocorensis³, Antoine⁴, Suarez⁵, Holzmann⁶, Sporer⁷, Roncaglia⁸, Elbel⁹. Idemque docet^e SS. noster Benedictus XIV in praefata Instructione⁵, cum aliis communiter. Idque probatur ex universalis Ecclesiae praxi, quae non reiterat sacramenta Baptismi et Ordinis iis qui ea suscipiunt ex voluntate prius habita. — Et hoc procedit in omnibus sacramentis, praeter Poenitentiam et Matrimonium; ut infra explicabimus.

Utrum autem valide conferantur sacramenta dormientibus, ebriis vel lapsis in amentiam qui antea habuerunt intentionem illa recipiendi?

Negat Roncaglia⁶; quia (ut ait) non est praesumendum eos habuisse intentionem in tali tempore recipiendi sacramentum, sed solummodo more et ritu christiano^f. — Sed communissime et probabilius affirmant Lugo⁷, Palaus⁸; Salmant.⁹ cum Henriquez, Graffio et Angles; ac Croix¹⁰ cum Gobat, Aversa, Diana et aliis. Ratio, quia ad validitatem sacramenti non requiritur ut suscipiens agat modo humano et more solito; sed satis est quod ipse sit

^a Disp. 9, n. 132. — ^b Tr. 11, exam. 4, n. 36, v. Resp. 4. — ^c De Sacr., cap. 3, qu. 1, resp. 2. — ^d De Sacr., disp. 14, sect. 2, v. Dico 1. — ^e N. 46. — ^f De Sacr. i. g., cap. 5, qu. 2, resp. 2. — ^g Disp. 9, n. 132. — ^h Tr. 19, punct. 7, n. 2. — ⁱ Tr. 2, de Bapt., cap. 6, n. 43. — ^j Henrig., lib. 2, cap. 24, n. 3. — ^k Graff., Decis. aur., part. 2, lib. 1, cap. 4, n. 45. — ^l Angl., Fior. quæst., de Bapt., qu. 2, art. 6, diff. 1, concl. 2.

subjectum capax: prout revera est qui jam prius habuit intentionem recipiendi sacramentum^g. Idque confirmatur auctoritate Innocentii III¹¹ (apud Lugo¹²); qui, postquam dixit dormientes et amentes non recipere sacramentum, si contrariam habuerint voluntatem, addit: *Secus autem, si prius... habuissent propositum baptizandi... Tunc ergo characterem sacramentalis imprimit operatio*. Et ejusdem sententiae est noster Summus Pontifex Benedictus XIV, in citata Instructione¹³.

Caeterum recte advertunt Suarez¹⁴ et Salmant.¹⁵ illicitum esse iis conferre sacramenta^h: nisi in probabili periculo mortis, vel nisi quando impedimentum usus rationis censemur perpetuum; alias expectandum est tempus in quo suscipiens fiat compos rationis. — Idque expresse docet D. Thomas¹⁶, ubi ait: *Si autem necessitas non sit, debet in furiosis expectari lucidum intervallum, vel in dormientibus vigilia. Si tamen baptizetur in statu illo, sacramentum suscipit, quamvis peccet baptizans*.

82. — Sufficit etiam intentio interpretativa (nempe quae nunquam fuit habita, sed praesumitur habenda a suscipiente, si esset ipse compos rationis) in suscipien-

^{His illicite conferatur sedusa necessitate.}

Hurtado ^{a)} et Ochagavia ^{d)}. — Idem probabiliter dicunt Lugo ^{e)} cum Vasquez ^{a)}; et Croix ¹⁾ cum Hurtado ^{a)}, Ochagavia, Diana et Leandro, de laico accumbente in scamno communicantum, qui recordaretur peccati mortalitatem, et non posset elicere contritionem ob angustiam temporis. (Vide dicta n. 33).

87. - Quaeritur 1^o. *An sacramenta valide, sed cum fictione suscepta, remoto obice, reviviscant?* — Nomine *fictionis* hic non intelligitur ea quae reddit sacramentum nullum, ut est defectus intentionis; sed ea cum qua sacramentum valide suscipitur, nempe cum quis accedit sine dispositione requisita ad sacramentum.

De sacramento *Baptismi* (excepto Scoto ^{a)} et aliis paucis) omnes communiter id affirmant cum Petrocorensi ²⁾, Concinna ³⁾, Lugo ⁴⁾, Tournely ⁵⁾ et aliis; ex D. Thoma ⁶⁾, ubi loquens de gratia *Baptismi*, sic ait: *Impeditur autem quandoque per fictionem; unde oportet quod, remota ea per poenitentiam, Baptismus statim consequatur suum effectum.* Et prius id docuit S. Augustinus ⁷⁾, ubi dixit: *In illo qui fictus (ad Baptismum) accesserat, fit... ut quod ante datum est, tunc valere incipiat, cum illa fictio veraci confessione recesserit.*

¹⁾ Lib. 6, part. 1, n. 517. - *Ochagav.*, de *Euchar.*, tr. 2, qu. 8, n. 4. - *Diana*, part. 5, tr. 13, resol. 74. - *Leander*, id est *Emmanuel a Conceptione*, Sum. novem partium Leandri, n. 380. - ²⁾ De Sacr. i. g., cap. 6, qu. 7. - ³⁾ De Baptismo, cap. 15, n. 12. - ⁴⁾ De Sacramentis in generis, disp. 9, num. 22 et 23. - ⁵⁾ Praelect., de Sacr. Baptismi, qu. 4, art. 2, concl. 2. - ⁶⁾ P. F., qu. 69, art. 10, corp. - ⁷⁾ De Baptismo, contra Donatist., lib. 1, cap. 12, n. 18; ap. Migne, Patrol. lat., tom. 43, col. 119. - ⁸⁾ Disp. 28, sect. 5, v. *Dico* 1. - ⁹⁾ Loc. cit., n. 52. - *Coninck*, qu. 62,

Ratio, quia peccatum ante Baptismum vel in ipsa perceptione Baptismi consummatum non subjicitur Ecclesiae clavibus; unde necesse est remitti per solam virtutem Baptismi, qui, sublato obice, habet effectum prius suspensum ratione fictionis. An autem ad hunc effectum obtainendum requiratur in suscipiente contrito? Negant Suarez ⁸⁾, et Lugo ⁹⁾ cum Coninck et communi (contra Vasquez); dicuntque sufficere attritionem ^{b)}. Vide dicenda n. 139, v. *Requiritur*.

Idem quod de Baptismo dicunt etiam de sacramento *Poenitentiae* (casu quo fieret confessio valida et informis, juxta dicenda n. 441) Lugo ¹⁰⁾, Salmant. ^{c)}, contra Petrocoreensem, ex S. Thoma ^{a)}, qui loquens de poenitente qui fecerit confessionem validam, sed informem, dicit: *Quamvis tunc non percipiat absolutionis fructum, tamen recedente fictione percipere incipiet; sicut etiam et in aliis sacramentis.* — Ratio, ut ait Lugo ^{e)}, quia si hic postea conteritur, jam peccatum ei remittitur, et remittitur quidem sine eo quod directe illud clavibus subjiciat.

Idem ajunt Lugo ¹¹⁾ et Suarez ¹²⁾, Croix ¹³⁾; cum Paludano, Silvestro, Coninck, apud Salmant. ¹⁴⁾ (contra Sotum, Hurtadum,

num. 92 et 94. — *Vasq.*, disp. 160, cap. 2, n. 10. — ¹⁰⁾ De Sacramentis in generis, disp. 9, n. 100. — *Petrocor.*, de Sacram. i. g., cap. 6, qu. 7, v. *Respondetur hanc.* — ¹¹⁾ Loc. cit., n. 103 et 104. — ¹²⁾ Disp. 28, sect. 6. — ¹³⁾ Lib. 6, part. 1, n. 199. — *Palud.*, in 4, dist. 4, qu. 5, art. 3, n. 12. — *Silvest.*, v. *Baptismus IV*, n. 11, quaer. 17. — *Coninck*, qu. 62, dub. 5, n. 75 (non citat. a Salm. pro hoc asserto). — ¹⁴⁾ Tr. 1, cap. 5, n. 67. — *Sotus*, in 4, dist. 6, qu. 1, art. 8, v. *Nihilominus*. - *Gasp. Hurtad.*, de Sacram. i. g., disp. 3, diff. 8.

tadus, de *Euchar.*, disp. 9, diff. 1; Ochagavia, de *Euchar.*, tr. 2, qu. 8, n. 4, de casu simili loquuntur, scilicet de sacerdote qui in altari celebrans recordatur peccati mortalitatem, et cui per temporis angustias non licet contritionem elicere ante communionem; et hunc Vasquez et Hurtadus negant peccare mortaliter, si in peccato mortali communicet; quod Ochagavia non facile admittit, nisi pro solo laico in scamno jam accumbente.

^{a)} Lugo, de *Sacram. i. g.*, disp. 9, n. 8, loquitur de sacerdote celebrante, ut Vasquez et Hurtadus hic supra nota d.

^{87. - a)} De Scoto, cfr. notam b ad n. 6 supra.

^{b)} In eo scilicet qui nec post Baptismum, nec in ipsa Baptismi susceptione (saltem non postquam Baptismi essentialia completa sunt)

Sufficit at
tritio.

Poeni-
tentia, in quo-
dam casu
reviviscit.

Euchari-
stia non re-
viviscit.

Confir-
matio et
Ordo revi-
viscunt.

Bosco et Bernal, apud Croix ¹⁾, de sacramentis characterem imprimentibus, prout de *Confirmatione* et *Ordine*. — Quia, cum haec sacramenta nequeant iterari, videtur consentaneum divinae bonitati: ne tales suscipientes relinquantur destituti gratia sacramentali, tam proficia in confirmatis ad resistendum tentationibus; et in ordinatis ad obeunda munia clericalia. Et hanc sententiam ait Petrocorensis solidissimum habere fundamentum.

Idem dicunt Escobar ²⁾, Croix ³⁾; Salmant. ⁴⁾ cum Cabrera, Arauxo, Cajetano, etc.; ac Lugo ⁵⁾ cum Suarez et Coninck, de sacramento *Extremae Unctionis* et de *Matrimonio*. — Quia (ut ajunt) etiam congruum videtur quod, cum Extrema Unctio non possit iterari eodem mortis articulo, nec Matrimonium vivente eodem conjugi, interim fideles non careant gratia sacramenti.

Recte autem Lugo ⁶⁾, Croix ⁷⁾ cum Suarez, Coninck, Filiuccio, etc. communiter, contra alios, negant hoc de *Eucharistia*: quae ex sua institutione frequenter potest iterari; idcirco non fuit opus hanc tribuere efficaciam tali sacramento, ut subveniatur fragilitati hominum. E converso in hoc sacramento sequeretur absurdum, quod sacerdos qui plures in sua vita sacrilege celebret, si in morte cum remissa attritione confiteretur, recipiceret totum cumulum gratiarum tot sacrilega-

¹⁾ Bosco, de Sacr., disp. 1, sect. 6, n. 61 et 62. - *Bernal*, disp. 18, sect. 2. - ²⁾ Lib. 6, part. 1, n. 197. - *Petrocor.*, de Sacr. i. g., cap. 6, qu. 7, f. - ³⁾ Lib. 8, n. 182. - ⁴⁾ Loc. cit., n. 202. - ⁵⁾ Tr. 1, cap. 5, n. 67. - *Cabrera*, de Sacram., qu. 69, art. 10, disp. 4, n. 4, 6, 7 et 9. - *Arauxo*, in 3 P., qu. 62, art. 1, dub. 5. - *Cajetan.*, Opusc. tom. 1, tr. 5, qu. 5, corp. - ⁶⁾ Disp. 9, n. 105 et 106. - *Suar.*, disp. 28, sect. 6, v. *Secundo*; cfr. disp. 41, sect. 1, n. 24 et 25. - *Coninck*, qu. 62, n. 76 et 77. - ⁷⁾ Loc. cit., n. 108. - ⁸⁾ Loc. cit., n. 200; cfr. num. 197. - *Suar.*, disp. 63, sect. 8. - *Coninck*, qu. 62, n. 78. - *Fill.*, tr. 4, cap. 6, n. 176; et tr. 1, cap. 8, n. 143. - ⁹⁾ Lib. 6, part. 1, n. 200. - *Palau*, tr. 18, punct. 9, n. 6. - ¹⁰⁾ Loc. cit., n. 209 et 210. - ¹¹⁾ De Censur., disp. 11, sect. 1, n. 5 et 7. - ¹²⁾ De Sacram. i. g., cap. 2, art. 1, sect. 2, punct. 1.

^{f)} Scotus videtur hic a Croix citari pro Soto; Croix enim allegat autores ex Aversa, qui Sotum non Scotum affert; atvero utrumque infelicitate, neuter enim hanc sententiam tenet, quidquid investigare conatus sim.

^{g)} Eamdemque sententiam ut probabilem expresse tenet Coninck, et perspicue indicat Suarez, locis cit.

rum communionum; immo, quo saepius indigne celebrasset, eo uberioris gratiae ditaretur. — Censem autem Croix ⁸⁾ cum Scoto ^{f)}, Palao, etc., quod si quis communicet et removeat obicem antequam species Eucharistiae consummentur, is non carebit gratia sacramenti ^{g)}.

An autem suscipiens sacramentum cum veniali habituali vel actuali peccet? — Vide dicenda de *Euchar.*, n. 270.

88. - Quaeritur 2^o. *An liceat petere sacramenta a ministro indigno?* — Hic distinguere oportet ministrum indignum ob aliquam censuram vel inhabilitatem, et indignum ob peccatum mortale.

Resp. 1^o. Si minister est indignus per censuram, etc., et non est toleratus, nimis si sit excommunicatus *vitandus*, vel publice et nominatim suspensus, vel irregularis per sententiam (vide Croix ⁹⁾), certe non licet ab eo petere sacramenta, nisi in extrema vel gravissima necessitate, in qua omnes dicunt licitum esse suscipere *Baptismum* et *Poenitentiam*; ut Suarez ¹⁰⁾, Contin. Tournely ¹¹⁾, Antoine ¹²⁾, Bonacina ¹³⁾, Croix ¹⁴⁾; et Salmant. ¹⁵⁾ cum Sayro, Grano, Cornejo, etc., ex D. Augustino ¹⁶⁾.

Idem probabiliter de sacramento *Eucharistiae* dicunt Navarrus ¹⁷⁾, Suarez ¹⁸⁾, Bonacina ¹⁹⁾, Viva ²⁰⁾ cum Soto ^{a)}, Salmant. ²¹⁾ cum Cornejo, Nuñez (contra Sayrum, Avila ^{b)}, etc.). — Et adhaeret [Contin.] Tournely ²²⁾; ex cap. *Quod in te, de poenitent.*

¹⁾ § 3. - ¹²⁾ De Sacram. i. g., cap. 2, qu. 13, resp. 1. - ¹³⁾ Disp. 2, de Excom., qu. 2, punct. 2, § 4, n. 7; cfr. ibid., n. 8. - ¹⁴⁾ Loc. cit., n. 209. - ¹⁵⁾ Tr. 1, cap. 8, n. 16 et 18. - *Sayr.*, de Censur., lib. 2, cap. 2, n. 12 et 18. - *Jacob. de Granado*, in 3 P., controv. 3, de Sacram. i. g., tr. 5, disp. ult., n. 3. - *Cornejo*, tr. 5, de Excom., disp. 10, § 1, dub. 2 et 3. - ¹⁶⁾ De Bapt. contra Donatist., lib. 1, cap. 2, num. 3 (ubi laudat eum qui in extrema necessitate ab acatholico baptizari petierit); ap. Migne, Patrol. lat., tom. 43, col. 110. - ¹⁷⁾ Man., cap. 22, n. 4. - ¹⁸⁾ Loc. cit., n. 17, v. *Addo vero*. - ¹⁹⁾ Loc. cit., n. 8. - ²⁰⁾ De Sacram. i. g., qu. 1, art. 7, num. 10. - ²¹⁾ Loc. cit., n. 22. - *Cornejo*, loc. cit., dub. 4. - *Nuñez*, in 3 P., qu. 64, art. 6, diff. 3 ^{bis}. - *Sayr.*, de Censur., lib. 2, cap. 2, n. 21. - ²²⁾ Loc. cit., § 3, v. *An autem*.

Si species non dum sint destruc-
tae, gratia recipitur.

Recipere sacramenta a ministro non tolerato, illici-
tum:

exceptis in extrema necessitate Baptismo et Poeniten-
tia,

Euchari-
stia,

et remissione, ubi Innocentius III, quamvis neget morientibus Extremam Unctionem tempore interdicti generalis, non negat tamen Poenitentiam et Viaticum.

Idem sentiunt de sacramento *Extremae Unctionis*^{c)}, Escobar, Herincx et Dicastillus, apud Croix¹; eo quod tale sacramentum potest per accidens gratiam causare. — Sed melius id non admittunt Suarez², Bonacina³, Elbel⁴; item Coninck, Filliuccius, Avila et Cornejo, apud Salmant.⁵, nisi quando infirmus non potuerit aliud sacramentum recipere.

Pariter dicunt Suarez⁶, et Cornejo, apud Salmant.⁷, licitum esse recipere sacramentum *Ordinis* ab episcopo excommunicato, quando in aliqua provincia remota ille solus existaret, et talis ordinatio redundaret in bonum communitatis^{d)}.

Idem dicunt praefati auctores de sacramento *Matrimonii*, casu quo esset necessarium vel ad salutem spiritualem morientis, vel ad magnam utilitatem temporalem filiorum, nec alius adesset minister.

An autem excommunicatus vitandus valide ministret sacramentum Poenitentiae in extrema necessitate? — Hoc negandum^{e)}; vide dicenda n. 560.

Resp. 2º. Si vero minister sit excommunicatus vel suspensus *toleratus*; quaestio est inter DD. an liceat ab eo petere sacramenta sine gravi causa. — Negant alii. — Sed verius affirmandum; quia concilium Constantiense absolute concessit fidelibus communionem cum toleratis.

Escob., lib. 8, num. 295. — *Herincx*, de Sacramentis i. g., disp. 3, n. 113. — *Dicast.*, tr. 1, de Sacram. i. g., disp. 3, dub. 13, n. 305. Cfr. de Censur., disp. 2, dub. 41, n. 667. — ¹ Lib. 6, part. 1, n. 209. — ² De Censur., disp. 11, sect. 1, n. 23, v. *De aliis*. — ³ Disp. 2, de Excom., qu. 2, punct. 2, § 4, n. 8. — ⁴ Confer. 3, de Sacram. subj. n. 66 et 67. — ⁵ Coninck, qu. 64, n. 48. — ⁶ *Fill.*, tr. 12, cap. 3, n. 76. — ⁷ *Avila*, de Censur., part. 2, cap. 6, disp. 3, dub. 3, concl. 5. — ⁸ Cornejo, tr. 5, de Excom., disp. 10, § 1, dub. 4, v. *Pri- mus est*. — ⁹ Tr. 1, cap. 8, n. 23. — ¹⁰ Loc. cit., n. 25. —

recipere nequeat, licite potest a vitando Eucharistiam accipere. Quam limitationem Salmant. etiam animadverterunt.

c) Auctores pro hac priori sententia allegati, non dissentiant a secunda, quam S. Alphonsus probat; dicunt enim licere Extremam Unctionem a ministro non tolerato recipere, eo dumtaxat casu quo alia sacramenta infimo conferri nequeant.

Vide dicta n. 55, et dicenda de *Censur.*, n. 139.

89. — Resp. 3º. Cum autem minister est indignus ob peccatum mortale, D. Thomas⁸ videtur indistincte concedere posse suscipi sacramenta a peccatore occulto, dicens: *Quamdiu (minister) ab Ecclesia toleratur in ministerio, ille qui ab eo suscipit sacramentum non communicat peccato ejus.* — Et idem habetur in cap. *Vestra* 7, de cohabit. cler. etc., ubi dicitur: *Sine dubitatione... teneatis quod a clericis et presbyteris quamquam forniciariis, quamdiu tolerantur, nec habent operis evidentiā* (id est, ut explicat Glossa, quando ipsi non sunt condemnati vel confessi in jure), *licite divina mysteria audiantur, et alia recipientur sacramenta ecclesiastica.* Hoc tamen sane intelligendum, valere tantum ad excusandum ne contraveniatur prohibitioni Ecclesiae.

A pecca-
tore occul-
to, licitum
ex parte
Ecclesiae.

Caeterum, ad suscipiendum sacramentum a peccatore, semper requiritur rationabilis causa: juxta dicta *Lib. II*, n. 47, v. *Secunda*, et n. 49; utque alibi docet idem D. Thomas⁹, ubi ait: *Praeter necessitatis articulum, non esset tutum quod eum (scilicet pastorem) induceret ad aliquod sui ordinis exsequendum, durante tali conscientia quod ille in peccato mortali esset.* Nomine autem *necessitatis*, recte explicat Contin. Tournely¹⁰ intelligi hic necessitatem moralem. — Unde probabiliter sufficit ad excusandum etiam causa gravis utilitatis; ut docent communissime Suarez¹¹, Sanchez^{a)}, Palaus¹², Viva¹³,

Sed requiri-
tur ratio-
nabilis cau-
sa.

Cornejo, tr. 5, de Excomm., disp. 10, § 1, dub. 4, v. *Se- cundus est*. — ⁷ Tr. 1, cap. 8, n. 24. — *Praefati auctores*, id est *Suar.*, loc. cit., n. 24. — *Cornejo*, loc. cit., v. *Ter- tius*. — *Salmant.*, loc. cit., num. 25. — ⁸ 3 P., qu. 64, art. 6, ad 2. — *Glos.*, ad cap. *Vestra*, in v. *Evidentiam*. — ⁹ In 4, dist. 24, qu. 1, art. 3, solut. 5, ad 3. — ¹⁰ De Sacram. i. g., cap. 2, art. 1, sect. 2, punct. 1, § 3, concl., v. *Caeterum*. — ¹¹ Lib. 6, part. 1, n. 211. — ¹² De Sacram. i. g., cap. 6, punct. 5, n. 1. — ¹³ Coninck, qu. 64, n. 43. — *Regin.*, lib. 1, n. 164. — *Henrig.*, lib. 1, cap. 30, n. 2. — ¹⁴ Tr. 1, cap. 8, n. 34. — *Petr. de Ledesm.*, de Sacram. i. g., cap. 6, concl. 11. — ¹⁵ De Sacram. i. g., disp. 18, sect. 1, n. 14, i. f. — ¹⁶ De Sacram. i. g., cap. 18, n. 9. — ¹⁷ Lib. 8, num. 316. — *Vasq.*, de Poenit., qu. 98, art. 1, dub. 4, num. 14. — ¹⁸ De Sacram. i. g., cap. 2, art. 1, sect. 2, punct. 1, § 3, concl., v. *Caeterum*. — ¹⁹ Part. 1, cap. 3, num. 179. — ²⁰ Loc. cit. — ²¹ In 3 P., qu. 64, art. 6, ad 2. — ²² De Sacramentis in genere, cap. 13, n. 5. — ²³ Tr. 1, cap. 8, n. 36 et 38. — *Nav.*, Man., cap. 14, num. 28. — *Bonac.*, disp. 1, de Sacram., qu. 6, punct. 5, num. 8. — *Petr. de Ledesm.*, de Sacram. i. g., cap. 6, concl. 11.

Sufficit
gravis utili-
tas.

d) Seu quando in dicta provincia magna esset necessitas seu penuria sacerdotum vel clericorum, ut notant auctores allegati.

e) Sed vide ad dictum n. 560 notam b, in qua ostendetur S. Alphonsus retractasse sententiam hanc negativam, et affirmativam amplexum esse.

89. — a) Sanchez, de Matrim., lib. 7, disp. 9, n. 8; Nuñez, in 3. P., qu. 64, art. 6, diff. *Ibis*,

Croix¹, Mazzotta², Toletus³, Filliucci⁴, Escobar⁵, Anacletus⁶, Holzmann⁷, Elbel⁸ citans Scotum⁹, Sporer¹⁰; Bonacina¹¹ cum Coninck, Valentia¹², Reginaldo, Henriquez; et Salmant.¹³ cum Ledesma, Nuñez^{a)} et communi, ut asserunt^{c)}.

Hinc ajunt DD. licite recipi sacramenta a ministro peccatore:

1º. Si urgeat praeceptum confessionis vel communionis^{d)}, ut dicunt Suarez¹², Concina¹⁸, et Escobar¹⁴ cum Vasquez, etc.

2º. Si ex dilatione suspicionis immineat periculum lapsus. — [Contin.] Tournely¹⁵.

3º. Si debes implere praeceptum Missae audiendiæ. — Suarez¹⁶, cum Coninck^{e)} et Soto^{f)}, apud Escobar^{g)}. (Vide dicta *Lib. II*, n. 51 et 79).

4º. Si alias diu debeas permanere in mortali, et nequeas alium adire confessarium. Ita [Contin.] Tournely¹⁷. — Sed melius Suarez^{f)} et Antoine^{f)} excusant ab omni culpa eum qui est in mortali, si nolit neque ad horam exspectare; quia

¹ Lib. 6, part. 1, n. 211. — ² Tr. 5, disp. 1, qu. 3, cap. 2, qu. 2, resp. 2. — ³ Tr. 1, cap. 8, n. 152. — ⁴ Lib. 8, n. 313. — ⁵ Tr. 14, de Sacram., dist. 1, n. 56 et 57. — ⁶ De Sacram. i. g., n. 84. — ⁷ Confer. 3, de Sacram. subiecto, n. 63. — ⁸ In 4, dist. 5, qu. 2, num. 5, v. *Quantum*. — ⁹ Part. 1, cap. 3, n. 179. — ¹⁰ Disp. 1, de Sacram., qu. 6, punct. 5, n. 1. — ¹¹ Coninck, qu. 64, n. 43. — ¹² Regin., lib. 1, n. 164. — ¹³ Henrig., lib. 1, cap. 30, n. 2. — ¹⁴ Tr. 1, cap. 8, n. 34. — ¹⁵ Petr. de Ledesm., de Sacram. i. g., cap. 6, concl. 11. — ¹⁶ De Sacram. i. g., disp. 18, sect. 1, n. 14, i. f. — ¹⁷ De Sacram. i. g., cap. 18, n. 9. — ¹⁸ Lib. 8, num. 316. — ¹⁹ Vasq., de Poenit., qu. 98, art. 1, dub. 4, num. 14. — ²⁰ De Sacram. i. g., cap. 2, art. 1, sect. 2, punct. 1, § 3, concl., v. *Caeterum*. — ²¹ Part. 1, cap. 3, num. 179. — ²² Loc. cit. — ²³ In 3 P., qu. 64, art. 6, ad 2. — ²⁴ De Sacramentis in genere, cap. 13, n. 5. — ²⁵ Tr. 1, cap. 8, n. 36 et 38. — ²⁶ Nav., Man., cap. 14, num. 28. — ²⁷ Bonac., disp. 1, de Sacram., qu. 6, punct. 5, num. 8. — ²⁸ Petr. de Ledesm., de Sacram. i. g., cap. 6, concl. 11.

concl. 3 et 4, loquuntur de excommunicato tolerato. Et Sanchez dicit posse ab eo, si est paratus, sacramenta recipi, quando « valde utile est »; et Nuñez, concl. 2, quando est « aliqua utilitas ».

b) Toletus, lib. 1, cap. 92, n. 4; et Valentia, in 3 P., disp. 3, qu. 5, punct. 3, v. *Primus casus*, requirunt necessitatem; sed Toletus loquitur de ministro qui non tenetur ex officio ministrare, neque est paratus.

c) Praeterea, multi ex allegatis auctoriibus dicunt satis esse utilitatem, quando minister est parochus vel paratus: et sunt Anacletus, Holzmann, Scotus (de ministro publice malo), Henriquez et Ledesma.

d) Suarez et Concina loquuntur de communionis praecepto.

e) Coninck, loc. cit., n. 43, i. f.; Sotus, in 4, dist. 1, qu. 5, art. 6, propos. 4, v. *Hic*

non est modica utilitas quamprimum a peccato liberari.

5º. Si carere debeas (saltem diu) communione; ut Suarez¹⁸ et Escobar¹⁹. — Et idem ait Suarez, si carere debeas fructu confessionis, etiamsi non habeas mortale. — An autem sufficiat causa non carendi fructu alterius sacramenti? Negat Croix²⁰. Sed affirmant Suarez et Escobar²¹, si minister sit parochus vel sit paratus, et non sit alius digne ministrans.

6º. Si alias nequeas lucrari jubilaeum. [Contin.] Tournely²² et Croix²³.

7º. Si indigetas perito directore, et non habeas alium. [Contin.] Tournely²⁴. — Modo, addit Sporer²⁵, diu debeas alium exspectare.

8º. Si vis Missam applicare pro amico defuncto; ut Sporer²⁶.

Dicit autem Cajetanus²⁷ absolute licitum esse petere sacramentum a proprio parocco sine ulla gravi causa; sed verius hoc negant Concina²⁸, et Salmant.²⁹ cum Navarro, Soto^{g)}, Bonacina et Ledesma, si facile possis alium adire. — Sic etiam

Quando
liceat pete-
re a proprio
parocco in-
digno.

v. *Caeterum*. — ¹⁶ Loc. cit., num. 14. — ¹⁷ Loc. cit., v. *Caeterum*. — ¹⁸ Loc. cit. — ¹⁹ Lib. 8, n. 316. — *Suar.*, loc. cit. — ²⁰ Lib. 6, part. 1, num. 211. — *Suar.*, loc. cit., n. 14, v. f. — ²¹ Lib. 8, n. 316. — ²² De Sacram. i. g., cap. 2, art. 1, sect. 2, punct. 1, § 3, concl., v. *Caeterum*. — ²³ Lib. 6, part. 1, n. 211. — ²⁴ De Sacram. i. g., cap. 2, art. 1, sect. 2, punct. 1, § 3, concl., v. *Caeterum*. — ²⁵ Part. 1, cap. 3, num. 179. — ²⁶ Loc. cit. — ²⁷ In 3 P., qu. 64, art. 6, ad 2. — ²⁸ De Sacramentis in genere, cap. 13, n. 5. — ²⁹ Tr. 1, cap. 8, n. 36 et 38. — *Nav.*, Man., cap. 14, num. 28. — *Bonac.*, disp. 1, de Sacram., qu. 6, punct. 5, num. 8. — *Petr. de Ledesm.*, de Sacram. i. g., cap. 6, concl. 11.

autem non praeteribo, citantur ab Escobar lib. 8, n. 314, quasi assignent pro causa recipiendi sacramentum ab indigno, praeceptum Ecclesiae; et ita tenet Coninck; sed Sotus ex parte tantum, scilicet quando ministro incumbit ex officio ministrare.

f) Suarez, loc. cit., satis esse ait utilitatem non differendi *nimirum* confessionem; Antoine vero, de Sacram., cap. 2, qu. 13, resp. 3: « Si quis sit in statu peccati mortalis, nec possit, aut saltem sine gravi incommmodo, adiri alius minister ».

g) Sotus, de Just., lib. 6, qu. 1, art. 5, *Dubitatio*, afferit quidem generale principium: posse scilicet aliquem ad bonum uti alieno peccato, « quotiescumque id quod petitum tum juste fieri potest, tum et bona de causa petitum »; sed in 4, dist. 1, qu. 5, art. 6, propos. 3, absolute scribit: « Licitum est eum qui non

Quando, ab
haeretico
vel schi-
smatico.
dicunt Concina^{h)} et Antoine¹ non licere
petere sacramenta ab haeretico vel schi-
smatico, nisi in casu extreme vel gra-
vissimae necessitatis. Sed de haeretico
vide n. 560.

An autem sit mortale sine gravi causa
petere sacramentum ab indigno ministro
parato? — Negant Sotus, Navarrusⁱ⁾,
Sà^{j)}, Diana, etc., apud Salmant.^{k)} — Sed
recte affirmant Salmant.^{l)} cum Silve-
stro^{m)}, Molinaⁿ⁾, Valentia^{o)}, Aragon^{p)}, etc.
(juxta dicta Lib. II, de Carit., n. 47,
v. Secunda, et n. 79). — Tantum exciperem
eum qui sumeret Eucharistiam a sacer-
dote indigno, qui eam actu aliis mini-
straret: ut dicunt Suarez^{q)} et Escobar^{r)},
juxta sententiam allatam n. 35, v. Utrum,
nempe quod unum tantum sit peccatum
pluribus Eucharistiam ministrare.

Sic pariter puto illicitum esse sine
gravi causa inservire sacerdoti indigne
celebranti; — contra Suarez^{s)}, Bonacina^{t)},
et Salmant.^{u)} cum aliis, qui id
admittunt quando sacerdos facile possit
alium invenire^{v)}.

Quando in-
servire in-
digne cele-
branti.

¹ De Sacram., cap. 2, qu. 13, resp. 3, v. *Dixi per se loquendo*. — *Sotus*, in 4, dist. 1, qu. 5, v. *Prima itaque*. — *Diana*, part. 5, tr. 7, resol. 4. — ² Tr. 1, cap. 8, n. 43. — ³ Disp. 18, sect. 1, n. 16. v. *Tertio*. — ⁴ Lib. 8, num. 319. — ⁵ Loc. cit., num. 17. — ⁶ Disp. 1, de Sacr., qu. 6, punct. 5, n. 7. — ⁷ Tr. 1, cap. 8, n. 41. — ⁸ De Sacr., i. g., cap. 13, n. 4. — ⁹ De Sacr. in gen., cap. 2, art. 1, sect. 2, punct. 1, § 3, *Not. 1*. — ¹⁰ Confer. 3, de Sacram.

est praecisus, et quem scio indigne admini-
straturum sacramentum, inducere, si sit meus
praelatus.

^{h)} Concina, loc. cit., n. 6 et 7, dicit in extre-
ma necessitate, posse ab hujusmodi haereticis
et schismaticis Baptismum et Poenitentiam
recipi.

ⁱ⁾ Navarrus, *Man.*, cap. 17, n. 262; Sà,
v. Usura, n. 5 (in edit. genuin.), loquuntur de
casu simili, scilicet de eo qui mutuum petit
ab usurario; sicut pariter auctores allegati
in opinione contraria: Silvester, v. Usura VII,
qu. 1; Molina, tr. 2, disp. 335, n. 4; Va-
lentia, in 2am 2ae, disp. 5, qu. 21, punct. 4,
v. *Dico 2o*; Aragon, in 2am 2ae, qu. 89, art. 6,
dub. 2, concl. 3.

^{j)} Salmant., loc. cit., n. 42, affirmativam
revera, ut probabilorem tenent; sed contra-
riam probabilem existimant.

^{k)} Scilicet dicunt ab hujusmodi ministerio
abstinendum esse si commode fieri potest;
sed quia moraliter vix commode vitari potest,
neque ea de causa vitabitur peccatum, ideo

Certum est autem quod quivis minister
praesumitur dignus, nisi constet opposi-
tum; ut communiter docent Concina⁸,
[Contin.] Tournely⁹, ex illo Apostoli
I. Cor. XIII: *Caritas.... non cogitat ma-
lum*; Elbel¹⁰, et Croix¹¹ cum Aversa,
Dicastillo et aliis communiter. — Hinc
probabiliter infertur, posse peti sacra-
mentum adhuc ab eo qui scitur paulo
ante peccasse; quia praesumendus est ipse
jam se disposuisse saltem per contrito-
nem. Ita Suarez¹², Bonacina¹³, Croix¹⁴;
Mazzotta¹⁵ cum Sporer^{m)}; Salmant.¹⁶
cum Vasquezⁿ⁾, Coninck, Sayro^{o)}, Re-
ginaldo, Dicastillo et aliis communiter.
Et idem sentit [Contin.] Tournely¹⁶, di-
cens: *Immo, [non sufficit] ut sciām ab
eo recens et graviter peccatum esse;
adhuc enim sapienter praesumam eum,
si praecepsit ad ministranda sacramenta
sponte praesto sit, id quod sui erat fecisse
ut Deo reconciliaretur. Certe, ait S. Tho-
mas¹⁷, in instanti homo a divina gratia
emendatur.*

Minister
censemur di-
gnus nisi
constet de
opposito.

Corollaria.

Recte tamen id limitant 1^o. Suarez,
Limitatio-
nes.

subjecto, n. 62. — ¹¹ Lib. 6, part. 1, num. 216. — *Aversa*,
qu. 64, sect. 11, v. *Notari*. — *Dicast.*, tr. 1, de Sacram.
i. g., disp. 3, dub. 13, n. 301. — ¹² Disp. 18, sect. 1, n. 15.
— ¹³ Loc. cit., n. 6. — ¹⁴ Loc. cit., num. 216. — ¹⁵ Tr. 1,
cap. 8, n. 40. — *Coninck*, qu. 64, num. 45. — *Regin.*, lib. 1,
n. 167. — *Dicast.*, loc. cit., n. 302. — ¹⁶ Loc. cit., v. *Not. 1*.
— ¹⁷ In 4, dist. 24, qu. 1, art. 3, solut. 5, ad 3. — *Suar.*,
disp. 18, sect. 1, n. 15.

non sunt hujusmodi scrupuli his ministris
injiciendi.

^{l)} Mazzotta, tr. 5, disp. 1, qu. 3, cap. 2,
qu. 3, id assentit quando minister paratus est
vel sese offert.

^{m)} Sporer, part. 1, cap. 3, n. 180, ita sane
tenet in casu quo necessitas urget.

ⁿ⁾ Vasquez et Sayrus a Salmant. utique
ita allegantur: sed Vasquez, *de Poenit.*, qu. 93,
art. 1, dub. 4, n. 15, disserens de casu neces-
sitatis, quo quis apud haereticum confiteri
debeat, dicit haereticum mortaliter peccare,
« nisi prius conteratur cum possit; quod satis
est, ut poenitentia non imputetur ejus pecca-
tum ». — Sayrus autem, *de Sacram.*, lib. 2,
cap. 8, qu. 1, art. 2, n. 7, licitum esse ait ex
causa rationabili sacramentum petere a mi-
nistro indigno parato, et inter probationes
affert hanc, quam tamen dicit parum aut
nihil probare: « Cum quis in instanti
contritionem habere possit, petens existimare
debet talem ministrum habiturum contritio-
nem, antequam sacramentum ministret ».

et Bonacina¹ cum Coninck^{o)}, Vasquez^{o)},
Sayro^{o)}, Reginaldo et aliis communiter,
si constet ministrum esse consuetudina-
rium vel esse in occasione proxima pec-
candi (intellige voluntaria). Limitat 2^o,
Gobat^{p)}, apud Croix², si minister post
peccatum confessionem non praemiserit
ante Missae celebrationem.

¹ Disp. 1, de Sacram. i. g., qu. 6, punct. 5, num. 6. —

² Regin., lib. 1, n. 167. — ³ Lib. 6, part. 1, n. 216.

^{p)} Gobat citatur profecto a Croix tam-
quam huic limitationi patrocinans; at revera,
Experim., tr. 1, n. 265, eam silentio plane
praetermittit.